CAPVT XXX. A

EXordium eſt (vt compendio dixerim) oratio quædam, quæ rebus iis, de quibus reliqua futura eſt dictio, ſummatim expoſitis, auditorum animos ad attentionem idoneè, & quoad fieri dicendo poteſt ad beneuolentiam nobis comparat. Hæc enim per exordium præſtari conuenit. Quomodo autem ea vtamur, primùm quidem deliberatiuo in genere, & ſuadendi ſpecie oſtendam. Cùm rem igitur auditoribus proponere, ac liquidam facere B voluerimus, fieri poterit hoc modo, Surrexi, vt quo pacto pro Syracuſanis bellandum ſit conſulam. Vel hoc modo: Surrexi, vt quid ſentiam dicam, quî non deceat nos Syracuſanis auxilium ferre. Hoc igitur modo ſummatim rem exponemus. Quî verò ad attentionem exhortemur, ſcire ex hiſce poterimus, ſi nos ipſi animaduerterimus quibus & verbis, & rebus ad audiendam ſententiam attenti ſumus. C Nempe his ſumus attenti, cùm de magnis vel terribilibus, vel ad nos pertinentibus rebus conſultamus, aut cùm orantes ipſi demonſtraturos ſe dixerint iuſta illa eſſe, & honeſta, & vtilia, & facilia, & vera, ad quæ nos gerenda exhortantur, aut cùm nos regauerint ſe attẽtè audiamus. Quemadmodum igitur ipſi aliis ſolemus: ita & nos, ſi quæ ex præmiſſis commodiſſima in D præſentem rem fuerint delegerimus, eáque auditoribus perſpicua reddiderimus, eos nobis attentos faciemus. Ad attentionem igitur ex his auditores exhortamur. Beneuolentiam verò comparabimus, ſi conſiderauerimus primùm quo in nos animo ipſi ſint, beneuolóne, an infeſto, aut neque bono neque malo. Si beneuoli ergo fuerint, de beneuolentia dicere ſuperuacaneum cedat. Verùm ſi omnino id E facere voluerimus, oportet paucis cum diſſimulatione quadam id fieri, hoc modo: Quanta ſit mea in hanc vrbem beneuolentia vtque ſæpenumero ſuaſu meo quæ factu eſſent vtilia geſſeritis, & qua me præterea ad cõmunia cõmoda prębeo iuſtitia, quippe qui publicarum magis, quàm priuatarum, mihi rerum habendam rationem cenſuerim, nequaquam à me dici F opus exiſtimo. Hoc enim vobis perſpicuum eſt, & cognitum. Verùm quòd & nunc, ſi fidem adhibere mihi volueritis, conſuletis in rem pulcherrimè, hac de re vt vos edoceam, dabo operam.

A Κεφάλαιον λ.

ΕΣτι δὲ προοίμιον καθόλου μὲν εἰπεῖν, ἀκροατῶν παρασκευὴ, καὶ τοῦ πράγματος ἐν κεφαλαίῳ μὴ εἰδόσι δήλωσις, ἵνα γινώσκωσι περὶ ὧν ὁ λόγος, παρακολουθῶσί τε τῇ ὑποθέσει· καὶ ἐπὶ τὸ προσέχειν παρακαλέσαι, καὶ καθ' ὅσον τῷ λόγῳ δυνατὸν, εὔνους ἡμῖν αὐτοῖς ποιῆσαι. τούτων μὲν οὖν εἶναι B δεῖ τὸ προοίμιον παρασκευαστικόν. ὡς δὲ αὐτῷ χρησόμεθα, πρῶτον μὲν ἐπὶ τῶν δημηγορικῶν καὶ προτρεπτικῶν, τοῦτο δείξω. τὸ μὲν οὖν προεκτιθέναι τὸ πρᾶγμα τοῖς ἀκούουσι, καὶ φανερὸν ποιεῖν, τοιόνδε ἐστίν· ἀνέστην συμβουλεύσων, ὡς χρὴ πολεμεῖν ἡμᾶς ὑπὲρ Συρακοσίων. ἀνέστην ἀποφανούμενος, ὡς οὐ χρὴ βοηθεῖν ἡμᾶς Συρακοσίοις. τὸ μὲν οὖν φράζειν ἐν κεφαλαίῳ τὸ πρᾶγμα, τοιόνδε ἐστί. C προσέχειν δὲ παρακαλεῖν ἐκ τούτων ἂν εἰδείημεν, εἰ κατανοήσαιμεν αὐτοὶ, ποίοις μάλιστα καὶ λόγοις καὶ πράγμασι βουλευόμενοι προσέχομεν. ἆρ' οὖν οὐ τούτοις, ὅταν ἢ ὑπὲρ μεγάλων, ἢ φοβερῶν, ἢ τῶν ἡμῖν οἰκείων βουλευώμεθα; ἢ φάσκωσιν ἐπιδείξειν οἱ λέγοντες, ὡς δίκαια, καὶ καλὰ, καὶ συμφέροντα, καὶ ῥᾴδια, καὶ ἀληθινὰ ἐπιδείξουσιν ἡμῖν, ἐφ' ἃ πράττειν παρακαλοῦσιν; ἢ δεηθῶσιν D ἡμῶν ἀκοῦσαι αὐτῶν προσέχοντας τὸν νοῦν; ὥσπερ οὖν αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὰ οἰκειότατα τῶν προειρημένων τοῖς ὑφ' ἡμῶν πράγμασι λεγομένοις λαμβάνοντες καὶ τοῖς ἀκούουσιν ἐνδεικνύμενοι, προσέχειν αὐτοῖς ποιήσομεν, ἐπὶ μὲν οὖν τὸ προσέχειν, διὰ τούτων παρακαλοῦμεν. τὴν εὔνοιαν E δὲ παρασκευασόμεθα, διασκεψάμενοι πρῶτον, πῶς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὶ τυγχάνουσιν ἔχοντες, εὐνοϊκῶς, ἢ δυσμενῶς, ἢ μήτε εὖ, μήτε κακῶς. ἐὰν μὲν οὖν εὔνοι τυγχάνωσιν ὄντες, περίεργον λέγειν περὶ εὐνοίας· ἐὰν δὲ πάντως βουλώμεθα, χρὴ συντόμως μετ' εἰρωνείας εἰπεῖν τοῦτον τὸν τρόπον· ὅτι μὲν οὖν εὔνους εἰμὶ τῇ πόλει, καὶ πολλάκις μοι F πεισθέντες, συμφερόντως ἐπράξατε, καὶ διότι πρὸς τὰ κοινὰ δίκαιον ἐμαυτὸν παρέχω, καὶ μᾶλλόν τι τῶν ἰδίων προϊέμενον, ἢ ἀπὸ τῶν δημοσίων ὠφελούμενον, περίεργον εἶναι νομίζω πρὸς ὑμᾶς τοῦτό γε σαφῶς εἰδότας, λέγειν. ὡς δὲ εἰ καὶ νῦν μοι πεισθῆτε, καλῶς βουλεύσεσθε, τοῦτο πειράσομαι διδάσκειν. τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον τοῖς εὖ διακειμένοις ἐν ταῖς δημηγορίαις, τῆς εὐμενείας ὑπομνηστέον.